quietat et liberum facit, et submissionem pro parte eiusdem Generosi Kotarij respectu eiusdem Summa coram actis praesentibus recognitam cassat et annihilat eandem Summam simul cum alia recipiendo iuxta mentem eiusdem Corssionis Leopolim deferendam offerendo. Hac sua personali recognitione in praemissis mediante.

Actum in Curia Regia Branscensi feria secunda post Dominicam Conductus Pascha proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Secundo.

Zapinski Demissio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Martini Zapinski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Mathaeo filio Joannis Zapinski et ipsius posteris sortem certam in bonis Zapy Rosy sitorum ex inscriptione per Nobilem Joannem olim Nicolai Zapa super bona eadem in [illegible] lucris in ex causa Rationis quadraginta Sexagenarum Polonicalium Summae recognita subactu in Suraz feria tertia in Crastino festi Sanctae Margaretae Anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Sexto Generoso Simoni Zapinski Camerario Terrae Bielscensis facta, et sibi recognita per eum demissam in campo nuncupato Niedzwiadne sortiunculam protendentem a lipka ad graniciem Gasowska cum prato et rubeto in Summa pecuniae Viginti Sexagenarum Poloniae mittit in possessionem et de inscriptione originali sua in portione bonorum et Summae cum eius praerogatiuis cedit et condescendit omneque ius suum in personam memorati Mathaei Zapinski transfert et transfundit, et eandem inscriptionem cum possessione intromissione tuitione vadio et ligamentis omnibus in originali inscriptione contentis dimittit.